



Kern 86
(1-54; a-g)

AVSPICIIIS NVMINIS SVPRĒMI
AVCTORITATE
SERENISSIMI AC PÖTENTISSIMI
BORVSSORVM REGIS
FRIDERICI II.

ELECTORIS ET MARCHIONIS
BRANDENBVRGICI,

RELIQVA
CONSPECTVS ACROASIVM

EX OMNI SCIENTIARVM ET DISCIPLINARVM

BONARVM GENERE

TAM PVBLICE QVAM PRIVATIM

QVAS

PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE HIEMALE

IN

STVDIOSAE IVVENTVTIS INSTITVTIONEM

IMPENDERE CONSTITVERVNT

PRORECTORE MAGNIFICO
D. PHILIPPO IACOBO HEISLER,

IVRIVM PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO.

P. P. ANNO AER. CHR. c^o 1^o CCLXII.

D. XXIX. SEPTEMBR.

HALAE MAGDEBVRGICAE TYPIS HENDELIANIS.



LECTIONES PRORECTORIS,
AC
PROFESSORIS MATHESIOS ET PHYSICES PRIMARI.

PHILIPPVS IACOBVS HEISLER HEINECCI *Elementa iuris civilis secundum ordinem Institutionum* horis XI-XII. & I-II. explicabit. Docebit praeterea *iurisprudentiae criminalis partem practicam* ad Illustr. BOEHMERI *Elementa Iurisprudentiae criminalis*, coeptumque iuris feudalis collegium ad finem perducet, horas posterioribus hisce laboribus destinandas tempestive indicaturus.

IO. ANDR. DE SEGNER publice perget in explicanda Analyfi infinitorum, *Privatim* repetet Praelectiones in Arithmetica & Geometriam; ac praeterea tradet *Physicam* experimentalem. Horas suo tempore indicabit. Si qui & alia desideraverint, iis, monitus, conabitur satisfacere.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS institutiones pastorales tradet, & in lectionibus paraeneticis, aequae ac in asceticis, in Psalmos selectos perget.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS in praelectionibus suis hie malibus hora XI. Psalmos Davidis & Proverbia Salomonis interpretabitur.

IO. GEORG. KNAPP primo *alteram theologiae dogmaticae partem* explicabit; deinde in *explicandis dinudandisque controversiis theologicis* cum familiis dissentientibus perget. Die denique Domini hor. V-VI. *asceticam selectorum oraculorum tractationem* persequetur.

IO. SALOMO SEMLER post absolutam *dogmaticae theologiae partem primam* perget statim ad *secundam*; continuabit lectiones *polemicas* secundae partis, & *privatas* institutiones theologiae *moralis*. Finitis polemicis lectionibus, selecto numero *historiam* selectorum tradet aut *praecepta hermeneutica*.

I V R I D I C A E.

IO. TOB. CARRACH, cum nondum contigerit, quod sperare licebat, exure illam obfidis personam, non habet, quod de lectionibus suis, praeter desiderium, iam prodet.

DANIEL NETTELBLADT perget hor. VIII-IX. in ducendis primis lineis *universae iurisprudentiae positivae*. Hora IX-X. *BOEHMERIANA* principia iuris canonici, quae hoc anno Goettingae prodierunt, explicabit. Hora X-XI. & II-III. *SCHAVMBURGIANVM* compendium iuris digestorum, more consueti, hoc est, secundum ordinem naturalem & quoad principia iuris Romani in eo contenta. interpretabitur. Addet hora XI-XII. *elementorum iuris publici PÜTTERI*, & hora III-IV. *Partis III. systematis sui iurisprudentiae naturalis illustrationem*.

GEORG.

GEORG. SAMVEL MADIHN praeter priuatissimas Pandectarum praelectiones, quas nonnulli desiderarunt, hor. VIII-IX. *Ius criminale* duce KOCHIO docebit. Hor. XI-XII. *Praxin vniuersae iurisprudentiae* selectis auditoribus, in theoria bene exercitatis, tradet, ad ductum egregii libelli, quem cum in finem conscripsit *Illustris Io. Steph. PÜTTERVS* sub tit. *Anleitung zur iuristischen Praxi*. Quibus additurus est *lectiones publicas in iurisprudentiam generalem* a die xv. Nouembr. hor. I-II.

ERNESTVS CHRISTIANVS WESTPHAL Semestri instante offert 1) Collegium Iuris Pandectarum ad ductum Compendii Ludouiciani hor. X-XI. & II-III. 2) Collegium Institutionum Iuris Civilis ad Heineccii Elementa hor. XI-XII. 3) Collegium Iuris Criminalis, interprete Kochio, hor. III-IV. 4) Exercitium Disputatorium quouis die Saturni hor. II-III.

M E D I C A E.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis in praelectionibus, diebus ac horis confutis, commentabitur in Ioann. Bernh. de FISCHER Tractatum de Senio eiusque morbis. Priuatim hora VIII. ad IX. doctrinam de Signis morborum, tam diagnosticis, quam prognosticis, ad ductum *Fundamentorum suorum Semiologiae medicae* tradet; hora X. ad XI. fundamenta *Therapiae generalis*, & hora XI. ad XII. fundamenta *Pathologiae generalis* exponet, horumque laborum initium d. xviii. Octobris faciet.

FRIDERICH HOFFMANN, publice physiologiam hora IX-X. priuatim vero, hora X-XI. pathologiam praeleget. Initium harum lectionum erit, finitis nundinis Lipsiensibus, die xviii. Octobris.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER hora II-III. in Celeb. LUDWIGII institutiones *Physiologiae* commentabitur; hora III-IV. praeleget *Osteologiam* ad ductum compendii proprii, curamque simul habebit instituendarum *demonstrationum & praeparationum anatomicarum*. Praeterea, si tempus permittet, hora VIII-IX. & X-XI. institutiones *Medicinae Clinicae* Celeb. LUDWIGII commentatione theoretico-practica illustrabit.

IO. PET. EBERHARD, hor. II-III. *Pathologiam* ad ductum T. II. *Conspectus Med. Theor.* a se editi tradet. Praeterea *Semiologiam* explicabit. Reliquae Praelectiones erunt physicae & mathematicae.

FRID. CHRIST. IVNCKER publice Praelectiones ad Dispensatorium Borussiae Brandenburgicum, praeeunte b. SCHVLZIO, instituet; priuatim horis X-XII. *Therapiam specialem* explicabit, hora II-III. *Physiologiam medicam* docebit; *priuatissime* hora IX-X. *exercitationes clinicas* cum Candidatis medicinae, recepto more, continuaturus est.

P H I L O S O P H I C A E.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS hora III. a meridie Epistolas Pauli, alteram ad Corinthios & reliquas, quae sequuntur, ex fontibus Graecis dilucidabit.

IOANNES IOACHIMVS LANGE publice hor. III. *Mathesin puram*, priuatim autem hor. IV. *applicatam*, vtramque ad *Compendium Kestnerianum: Physicam dogmaticam-experimentalem* hor. I. explicabit. *Historiam naturalem* die Saturni hor. II. ad IV. exponet. Nec deerit *Astrognosiam* desiderantibus.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis recitationibus destinavit *Anthropologiae* explicationem; priuato autem studio commentabitur in WALLERII *Hydrologiam*, consuetoque tempore, de initio harum lectionum & iisdem destinandis horis, certiores reddet Dnn. Commilitones e valuis publicis.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ 1) *oeconomias* lectiones desiderantibus offert; 2) *Metaphysicam Wolfianam* restaurabit; 3) absoluto Pentateucho Moisaico, loca difficiliora, praetermissis facilioribus, ex *prophetis prioribus, Psalmis Davidicis*, atque ex *Prouerbiis Salomoneis*, quantum satis est, interpretabitur; & denique 4) *Iesariae* vaticinia a capite ad calcem, vna cum *Apocalypsi Ioannea*, explicabit. Quod supererit temporis, scholis *priuatissimis* tribuet. Sument hi labores initium finitis nundinis Lipsiensibus.

GEO. FRID. MEIER docebit hor. IX-X. *Ius naturae*, X-XI. *eticam philosophicam* b. BAUMGARTEN, II-III. *Logicam*, & priuatissime III-IV. *aestheticam*.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM per instans semetire hibernum hor. III-IV. *Historiam Imperii Germanici* proponet, ad rerum memorabilium copia instructissimam

Estimam introductionem suam, fontesque iuris publici, feudalis & ecclesiastici recluder: ab IV-V. *Historiam Vniuersalem Europae regnorum & rerumpublicarum*, ad ferrii compendii sui, pragmatice tradet: nec defuturus iis, qui *Collegium Historiae regni Daniae* desiderabant, si numerus instituto sit aptus. Initium facturus finitius nundinis Lipsienfibus d. xviii. Octobris.

EXTRAORDINARIAE.

GOTTLIEB ANASTAS. FREYLINGHAVSEN 1) *Antiquitatum christianarum* enarrationem, superiori cursu coeptam, sed ob morbi longinquioris interuentum depositam, resumet, *breuiarium Bauingartianum* a capite pertractaturus, 2) scholas exegeticas habebit in *epistolam ad Romanos*, 3) instituendis *examinibus disputandique exercitiis* studium dogmaticum & polemicum pro sua parte iuuare adlaborabit.

IO. AVG. NOESSELT constituit B. C. D. 1) interpretari *Ioannis Euangelium, Apostolorum Acta & epistolas N. T. catholicas*; 2) enarrare Ecclesiae Christianorum conuersiones a saeculo VIII. ad nostram aetatem; 3) pergere in explicandis locis scripturarum sacrarum iis, e quibus hauriri doctrina diuina optime possit, atque his sex mensibus absolueri alteram credendorum partem, quae est de homine eiusque ad Deum habitu; denique 4) lectiones habere in elegantissimam **ERNESTII V. V. Institutionem interpretis**, sic, vt auditores & praecepta discant, quibus adiui caelestes libros interpretari possunt, & eas res, quae alias solent in *llogoge* ad lectionem N. T. proponi.

D. IO. FRIDERICVS IOACHIM hora VIII-IX. in *Elementa iuris feudorum* b. **WOLFFII** commentabitur; hora vero XI-XII. **MASCOVII** *Principia iuris publici* interpretabitur.

D. CAROL. FRIDERICVS PAULI hora III. *Historiam S. R. I.* ad **SCHMAVSSII** *historisches Jus Publicum*, hora IV. *Historiam regnorum Europaeum* ad **GEBAVERI** *Grundriß*; hora VI. vespertina vero priuatissime *Notitiam Statisticam S. R. I.* generalem docebit.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE 1) *Collegium practicum elaboratorium* ad ductum b. **PARENTIS** *Anleitung zum gerichtlichen Proceß* aperiet. 2) **HEINCECII** *Elementa iuris Cambialis* interpretabitur. Tandem die sabbathi selectos Auditores *disputando* exercebit.

PHILIPPVS ERNESTVS BERTRAM post proxime habendam dissertationem iuridicam inauguralem Lectiones suas iuridicas ac historicas aperiet, atque eas e valis publicis & peculiari programme indicabit.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI per instans semestre hibernum *Fundamenta Botanica & Historiam plantarum publica* tractatione explicabit. Priuatim vero *Differentiam Fructuum, Seminum & capsularum seminalium* illustrabit.

D. FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN per hoc semestre hibernum pathologicas acroasies publice exponet; priuatim vero *Boerhauii institutiones medicas atque infantum morbos* explicabit.

IO. PET. EBERHARD, hor. X-XI. tradet *Mathefin puram* duce **WOLFFIO**. Hora vero I-II. *Physicam* docebit in proprium compendium.


F. W. ELLENBERGER parat elegantiarum tam generatim *Aestheticae*, quam speciatim soluae ligataeque *Orationis* regulas hora V-VI.: exercitium & exemplorum contemplationem euolutione librorum eum in finem recens compositorum in Societate diebus Sabbathi hora I-II.: *Logicam Coruini* hora II-III.: *Prophetam Malachiam* critice & grammatice hora IV-V. tradere.

IO. LVDOV. SCHVLZE 1) *Fundamenta linguae hebraicae*, duce **DANZIO**, proponet, 2) in **ALTINGII** *Synopsin Institutionum chaldaicarum* commentabitur, addita *Analysi* quarundam chaldaicarum *Pericoparum S. Codicis*; quo labore ad finem perducto linguae syriacae *Fundamenta* ad ductum *Syriasm* a **S. V. MICHAELIS** editi, adiciet, instituta etiam *analysi* particulae *versionis syriacae N. Test.* 3) XII. *Prophetas minores* e fonte sacro interpretabitur. Reliqui labores erunt priuatissimi. Horas e valis publicis indicabit.

IO. CHRISTIAN. FOERSTER docebit 1) hora IX-X. *Metaphysicam* secundum systema b. **L. B. de WOLFF**, 2) hora X-XI. eiusdem *Jus naturae*, 2) hora II-III. b. **CORVINI** *Logicam*, 4) priuatissime duce b. **LODTMANN** enarrabit *historiam philosophicam*, cui tribuendam horam Auditores designabunt. 5) Diebus Saturni hora I-II. de rebus maximi momenti philosophicis exercitia disputatoria aperiet.







(73)

AVSPICIIIS NVMINIS SVPRÉMI
AVCTORITATE
SERENISSIMI AC PÖTENTISSIMI
BORVSSORVM REGIS
FRIDERICI II.

ELECTORIS ET MARCHIONIS
BRANDENBVRGICI,

RELIQVA

CONSPECTVS ACROASIVM

EX OMNI SCIENTIARVM ET DISCIPLINARVM

BONARVM GENERE

TAM PVBLICE QVAM PRIVATIM

QVAS

PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE HIEMALE

IN

STVDIOSAE IVVENTVTI

IMPENDERE CONS

PRORECTORE M

D. PHILIPPO IACO

IVRIVM PROFESSORE PV

P. P. ANNO AER. CH
D. XXIX. SEPT

HALAE MAGDEBVRGICAE

